

nefando intemperantiæ delicto nimio plus obnoxij, sensim sensim sibiipsis immori, occulta labefactatarû functionû obseruatione conspiciuntur. Sed nihil tale ijs contingit, qui medicato Stibio seipfos pristinæ sanitatis integritati asseruere. Vt hæctenus euictû sit, haudquamquam eos morti viciniore, vitæ suæ pèsum citiùs absoluturos, quàm si feralis, vt argutatur, remedij vires, proprio malo nunquam experti fuissent. Interea nõ ignoramus, affectionum quarundã sæuitiã miserius prosterni vires, quàm vt validioris medicamenti periculo audacius sint exponendæ. Nec Chymicorum ea est infrunita persuasio, vt omnib. sine discrimine cõueniat. Iisdem vt è dorum remediorû legibus, quibus rationales stant medici, se circumuallât. Sed & artificis præparationis ingenio id efficiunt, vt præter fidem multorum, non minus citò, quàm tutò, iucundeque operetur. Iam autem de eo non loquimur: abundè nostro proposito satisfactum putamus, si albo præparandorum remediorum adscribi, Chymicorum more, reliqua medicantium cohors nõ indignetur.

tur.